Iz pjesničkog opusa Bara Boškovića

Blažević, Zrinka; Stepanić, Gorana; Tvrtković, Tamara

Source / Izvornik: **Povijesni prilozi, 2003, 24, 65 - 81**

Journal article, Published version
Rad u časopisu, Objavljena verzija rada (izdavačev PDF)

Permanent link / Trajna poveznica: https://urn.nsk.hr/urn:nbn:hr:111:386011

Rights / Prava: In copyright / Zaštićeno autorskim pravom.

Download date / Datum preuzimanja: **2024-04-23**

SVEUČILIŠTE U ZAGREBU
HRVATSKI STUDIJI
UNIVERSITY OF ZAGREB
CENTER FOR CROATIAN STUDIES

Repository / Repozitorij:

Repository of University of Zagreb, Centre for Croatian Studies

dabar
DIGITALNI AKADEMSKI ARHIVI I REPOZITORIJI

Iz pjesničkog opusa Bara Boškovića

I. ELEGIJE

PATRIAE DESIDERIUM

Illyrici colles, atque altae antiqua Ragusae
Moenia, vagitus conscia terra mei;
Quando erit, ut vestras redeam vetus exul ad oras,
Flensque feram patriis oscula liminibus?
Quando erit, Adriaci relegens tumida aequora ponti
Deprecer ut faciles in mea vela Notos!
Septima jam gravidum spicis caput extulit aestas,
Et peragit cursus septima bruma suos;
Ex quo me terris Mavortia Roma Latinis
Abstractum a dulci distinet Illyria.
Hei mihi! si tectis potui procul esse paternis
Tempore tam longo, ferreus ipse fui.
Non me longaevus parens, aut optima mater,
Nec dulcis potuit me revocare soror.
Nec desiderium teneri mea pectora fratris
Contigit Armeniis aemula tygridibus.
Ipsa etiam ut terras procul hinc scrutetur apricas,
Trans freta longiquam carpit hirundo viam,
Vere novo tamen usque redit, sua tecta revisens
Pendula ab antiqua qualiacumque trabe.
Ipsa etiam offensi fugiens odia alta parentis
Medea, et fratris caede cruenta sui,
Saepe ad desertos retulit sua lumina Colchos,
Et lacrymans dixit, Terra paterna vale.
Ast ego nec patriamve meam, vel fata meorum
Sacravi externo perfidus hospitio.
Nec me discerpti fratris serere arva cruore
Spectantes, Hircanae obstupuere tygres:
Nec fraudata suis per me fuit urna favillis,
Palleat ut magicis Cynthia carminibus.
Quid tamen haec bene facta juvant, si durius ipsa
Colchide vesanum cor mihi robur habet?
Si pater, et genetrix, et quidquid dulce putatur,
Nomina sunt animo vilia facta meo.
Ah pietas; ah humani vetus incola sensus
Atque expulse meo e pectore dulcis amor,
In nostros remeate sinus, animamque rigentem
Mollite, et sacra conficite usque face.
Ibimus, Adriaci, sic stat, sulcabimus undas
Aequoris; o cupidae pandite vela rati.
Martia Roma vale, nimium mihi cognita longo
Tempore, nunc demum jusque, piumque vocant.
Sterne viam, Neptune, iras compesce furentes
Undarum, patria est terra petenda mihi.
Fac Zephyros spirare leves, animamque Favoni
Lascivire alis per freta purpureis.
Nympharumque chori circumfundantur eunti,
Tethys, cumque sua Doride Nereïdes;
Et Glaucus puppim impellat, viridisque Palaemon
Proram occursuris subtrahat a scopulis.
Quod si forte negent faciles maria aspera cursus,
Et toto praeceps impete regnet hyems,
Aethera carpemus medium: maria ipsa stupebunt
Per non assuetas me dare vela vias.

ČEŽNJA ZA DOMOVINOM

Ilirski bregovi kao i zidine drevne Raguze
Visoke, zemljo što moj predobro poznaješ jauk;
Kad ću se, prognanik stari, na vaše vratiti žale,
Plačuć da utisnem svoj cjelov na očinski prag?
Kad ću, prevaljujuć burnu pučinu Jadranskog mora
Molit da bude mi blag južnjak u jedrima svim!
Sedmo već je ljeto teškim urodilo klasjem,
Zima sedmi svoj upravo svršava tijek;
Otkada mene koga je latinska odvukla zemlja
Dijeli od ljubljenog tla ilirskog martovski Rim.
Jao, kad mogoh biti daleko od očinskog krova
Tako dugo ja, čitav od željeza bjeh.
Niti ostario otac, niti predobra mati,
Sestra premila čak vratit me nemaše moć.
Niti bratska čežnja dirnula moje je grudi
Kojima takmacem biť mogla je armenska zvijer.
Da bi istražila tako daleke sunčane zemlje
Preko pučine čak lasta se dala na put.
Ipak, čim proljeće dođe vraća se vidjeti gnijezdo
Koje pod trošan se sav nekakav smjestilo krov.
Čak i Medeja bježeć od silne ljutita oca
Mržnje, jer ona krv brata je prolila svog,
Često je svraćala pogled na Kolhidu s kojom se dijeli
I u suzama sva rodni pozdravljaše kraj.
A ja prokleo nisam domovinu, sudbinu svojih
Nevjeran, kako bi dom pružio strani mi svijet.
Niť se zapanjiše hirkanski tigri gledajuć kako
Razdrijetog brata svog krvlju zasijavam tlo:
Niti lišio ja sam urnu pepela njena,
Da uz čarobni pjev mjesečev problijedi srp.
Što pak dobra djela koriste kada je tvrđa
Mahnitog srca mi moć nego Kolhiđanka ta?
Kad su otac i majka i sve što dragim se smatra
Postali duši toj nazivi isprazni tek.
Odanosti, o drevna stanovnice ljudskoga duha,
Ljubavi slatka što bje moju napustila grud,
Vi se u moja njedra vratite, otvrdlu dušu
Smekšajte, posvuda vi svetu užežite luč.
Krenut ću, odluka to je, izbrazdat valove mora
Jadranskog, raspnite sad jedra na žuđeni brod.
Zbogom, martovski Rime, poznat mi predugo bješe,
Čujem napokon ja prava i vjernosti zov.
Neptune, poravnaj stazu i srdžbu zauzdaj morskih
Valova, očinski kraj moram pohoditi ja.
Podigni zapadne vjetre kao i dašak Favonâ,
Pučinom nek šumi svud purpurnih krila im let.
Neka putnika opkole Tetida, zborovi Nimfa,
Svaka Nerejka kći, Dorida mati uz njih.
Krmu Glauko nek gura, Palemon nek odvlači pramac,
Izbjegne zelenu hrid što mu prepriječit će put.
Ako i bijesna mora uskrate plovidbu laku,
Naglo žestinom svom nasrne ljutita stud,
Krenut ću posred neba, mora zanijemit će sama
Što ću jedrima proć neuobičajen put.

Nec tu, Daedale, eris coelo libratus ab alto
Unica venturi temporis historia.
Daedalus, ut perhibent, patriae telluris amore
In labyrinthaei dum jacet arce doli,
Avulsam volucrum plumam sociavit in alas,
Artifices pennis applicuitque manus.
Par causa, idem amor est nobis: Amor ipse lacertis
Aptabit pennas, remigiumque meis.
Quin etiam ipse meos anteibit in aethere cursus
Aliger, ignotae duxque comesque viae.
Qualis sidereae sublimi e vertice pinus
Mater vix natis anteit alitibus.
Tunc mihi nec medio placeat signa ardua coelo
Discere, nec geminos visere velle polos,
Erigonemque, Ursamque, et qua se parte videndum
Explicet, et stellas abluat Eridanus.
Icare, linque ducem, medioque invectus Olympo
Aemulus ignivomis, i, licet, usque rotis.
Illyris Adriaco ridet qua littore tellus,
Indeclinata me feret aura via.
Teque alta aspiciens superantem sidera, dicam
Dulcior est ipsis Patria Sideribus.

Neće o tebi, Dedale, koji si plovio nebom
Jedinom priču znat godišta koja će doć.
Dedal, kako vele, iz ljubavi prema domaji,
Kada u zgradi bje varki labirintskih on,
Očerupano perje ptica tad spoji u krila,
Pera dodavši ta umješnim rukama k tom.
Jednak razlog, ista ljubav je naša: ta ljubav
Mišice stvorit će dv'je krilom i veslom u mah.
Neka i moj let taj krilonoša predvodi nebom,
Vođa i pratilac moj kad mi je nepoznat put,
Ko što sa najvišeg vrha bora obasjanog zviježdem
Majka predvodit zna ptićâ tek izleglih let.
Neće tad goditi meni upoznati daleke zvijezde,
Razgledat neću htjet ni jedan ni drugi pol,
Medvjeda i Erigonu, niť stranu na kojoj Eridan
Oku se otkriva sav, zvijezde oplakuje k tom.
Ikare, ostavi vođu, plovi sred svoda nebeskog,
Leti, takmače ti, kola vatrorigih sveđ.
K ilirskome kraju što smiješi se jadranskim žalom,
Na taj zacrtan put neka me odnese zrak,
Reći ću, gledajuć tebe što visoke pretječeš zvijezde:
Draža si, domajo, ti nego li zvijezde su sve.

Prevela Zrinka Blažević

AD AMICUM IN PATRIA COMMORANTEM

Esse quid hoc dicam, quinos reparata per orbes
Pallida quod sextis Luna laboret equis,
Nec tamen ulla tuis mihi venit epistola verbis,
Officio charae destituorque manus?
Fallor, an absentis nulla est tibi gratia nostri,
Et meus e toto pectore fluxit amor?
Quod pactum inter nos, quae coniuravimus ambo,
Fallor, an insanis sunt data ferre Notis?
Nam memini, summa cum discessurus arena
Lassarem amplexus in tua colla meos,
Per mare dicebas, per quae tibi fausta precamur
Flamina, per dubias quae regit Ursa rates;
Nulla per Illyricos volitabunt carbasa fluctus,
Quin eat in charas littera missa manus.
Haec promissa fides, haec est iurata voluntas,
Sic fuerat noster decipiendus amor?
Ut scopulos, et iniqua feris freta concita ventis,
Anne putas surdis auribus esse Deos?
Sentit, et offensum furit ad periuria Numen;
Forsan et illa tuum destinat ira caput.
Quo tamen abripior? furiis agitamur iniquis,
Et meus in dubio crimine saevit amor.
Novi ego quid Boreas, quid aquosus possit Orion,
Quantus in Illyricas incubet Auster aquas.
Novi, quam subito se misceat Adria fluctu,
Haerentes scopulis detineatque rates.
Ah potius fluctus, inimicaque flamina peccent,
Quam tua sit nobis insimulanda fides.

ELEGIJA PRIJATELJU KOJI JE OSTAO U DOMOVINI

Zašto rekao ne bih - u pet se obnovi mijena,
Blijeda Luna što šest sprega umorit će već,
Da mi stiglo još nije ni jedno pismo od tebe,
Drage zar ruke me trud sasvim zanemari sad?
Da li se varam il' mio ti više odsutan nisam
Te je iz srca tvog ljubav već otekla sva?
Naš međusobni zavjet, obostrana zakletva ona:
Da li se varam, il' njih vjetar je odnio lud?
Prije no što ću, sjećam se, s ruba se otisnut žala,
Čvrsto bio sam vrat tada obujmio tvoj,
Kazao ti si: "morem, gdje tebi za povoljne vjetre
Molim, kolebljiv gdje brod upravlja Medvjeda sjaj,
Neće ni jedno jedro lepršat na ilirskom valu
Da ne nosi i list predragim rukama slan."
To je zadana vjera, to je prisegnuto htijenje:
Mora li tako baš sva ljubav obmanuta bit?
Poput hridi i pučine divljim šibanih vjetrom,
Misliš li da su svi bozi izgubili sluh?
Ćuti i bjesni božanstvo koje nepravda vrijeđa,
Možda je njegov gnjev usmjeren na tebe baš.
Kamo zastranio ja sam? Ljutnja me podbada kleta,
Ljubav mi obuze bijes, al' je nedokazan grijeh.
Znam što može sjevernjak, što kišni može Orion,
Kako južnjak zna ilirski uzburkat val.
Znadem kako se naglo Jadran miješati stane,
Usidreno on brodovlje baca na hrid.
Radije krivci nek budu vali i dušmanski vjetri,
Nego da mora me baš tvoja iznevjerit riječ.

Candida Penelope tardum culpabat Ulyssem,
Dum nocturna suum dextra retexit opus.
Et saepe apposita vigilans ad pensa lucerna
Illius audita est de levitate queri.
Cum tamen ille Ithacam velisque animoque secutus
Duceret invitas per vada salsa moras.
Sic, puto, sic tumidis tua littera fertur in undis,
Pugnat et insani vincere iura maris.
Firmus amor tuus est: ventos culpemus, et undas.
Crimen de nostris questibus Auster habet.
Ergo, age dum pelago deferveat ira tumenti,
Et liceat de te discere plura mihi;
Mens mea in amplexus saltem decurrat amicos,
Perque interdictas devolet ipsa vias.
Sic facimus: praesens animo mihi fingeris, et te
Captantem in patrio frigora rure sequor.
Dum moles rerum, et curas pertaesus iniquas,
Aestatem umbrosis protegis arboribus:
Latratuque canum campos, silvaque fatigas,
Et quatis innocua tela cruenta manu.
Nunc tibi caedendas dat Montovierna[a] volucres,
Nunc tibi dat pisces pulchra Gravosa[b] suos,
Aut geminae te nunc inter confinia lymphae
Detinet umbroso nobilis Umbla[c] sinu;
Illyrici decus Umbla maris, quam Tethys, et ipse
Adria coeruleis visere gaudet equis.
O patria, o placidae iuga per florentia sedes,
O lustrata meis littora deliciis!
Ah quoties lepores campis agitavimus illis,
Saxaque sunt iaculis facta cruenta meis!
Ah quoties tenui relegens vada nota phaselo,
Instruxi assuetas piscibus insidias!
Scindentique undam, et praedas sub nocte trahenti
Cantibus Alcyones obstrepuere suis.
At nunc turrigeris Augusta Perusia muris
Me tenet, ad Thuscae nobile murmur aquae;
Spectantem campos, et docti rura Properti.
O rura Aoniis invidiosa plagis!
Hic mihi commissae servantur iura palaestrae,
Discit et auspiciis multa iuventa meis.
Et modo Dardaniosque ignes, populataque Graiis
Pergama, Romanam pandimus Iliada;
Et modo persequimur puppim Nasonis, et inter
Flemus inhumanos, barbara corda, Getas.
Tullius aut nostro Pisonem fulminat ore,
Aut pia pro trepidis ventilat arma reis.
Parce tamen, Thymbraee parens, et parcite fasso,
Pieridumque chori, Castalidesque Deae,

Penelopa je čedna Odiseja krivila sporost,
Dok je dugo u noć prstima vezla svoj vez.
Često, bdijući, vezivu svome je primakla svijeću,
Tužaljke čuo se glas da joj je nevjeran muž.
Ipak, na pučini slanoj, dušom i jedrima stremeć
Prema Helionu, on prisilno zadržan bje.
Tako po olujnim valima tvoje putuje pismo
Bijesnoga mora taj zakon da nadvlada krut.
Tvoja ljubav je čvrsta; vjetre krivim i vale,
Južni vjetar za sve moje je tužaljke kriv.
Hajde, dakle, dok srdžba na morskoj pučini kipti,
Neka mi dozvoli sad o tebi doznati još;
Neka misao barem poleti da zagrli druga,
Neka poleti sad ona na zabranjen put.
Evo: prisutan meni ukazuješ ti se u duhu,
Poljem te očinskim već slijedim u odmoru tvom.
Kad ti poslova breme i brige dodiju teške,
U sjenoviti hlad sklanjaš od žege se ti,
Psećim lavežem širiš poljem i šumama nemir,
Tareš sa strelica krv nevinim rukama ti.
Daruje sad Montovjerna[a] tebi ptice ko ulov,
Svoje divne sad ribe ti daruje Gruž[b],
Ili na ušću dvostrukog ti se zadržavaš toka
Umble[c] plemenite, tog osojnog zaljeva sad.
Ures je ilirskog mora, vesela što će pohodit
Tetidu, Jadran sam plavetnih konja joj par.
O domajo, o vrhovi cvjetni po divnome kraju,
Žali, užitak što moj mnogoput pohodi vas!
O koliko sam zečeva gonio poljima onim,
Kamen što bacah ga tad svaki okrvavljen bje!
Morem koliko sam znanim u barčici brodio krhkoj,
Zamke za ribe sam tu obično spremao ja!
Dok se, lomeći vale, u sumrak sa ulovom vraćah,
Svuda se orio tad morskih vodomara pjev.
Sad me kulama, ziđem zadržava časna Perugia,
Toskanskoga k tom mora plemeniti šum;
Dok Propercija učenog promatram dobra i polja,
Zavidjet dobrima tim može i aonski kraj!
Povjerene mi škole ovdje me pravila drže,
Uči mnogi tu đak kojega nadzirem ja.
Čas o dardanskom ognju, o razaranju grčkom
Pergama predajem čas, rimskoj Ilijadi k tom.
Čas Nazonovu krmu slijedim i između Geta
Divljih oplakujem ja barbarsku njihovu ćud.
Ili iz mojih usta na Pizona Tulije grmi,
Okrivljeniku il' on pruža spasonosni mač.
Smiluj se onom što priznaje ipak, Apolone oče,
Zborovi Muza i vi, kastalske božice sve:

[a] Montovierna Collis prope Ragusium Coturnicum potissimum venatione celeberrimus.
[b] Uno ab urbe eadem lapide insignis amoenissimarum villarum frequentia Portus.
[c] Umbla maris sinus, in quo ad iusti paene fluminis magnitudinem fons in ipso littore e profundo telluris hiatu erumpens, obvio mari se immiscet servata longo tractu aquarum dulcedine.

[a] Brežuljak Montovjerna u blizini Dubrovnika, osobito poznat kao lovište prepelica.
[b] Luka udaljena milju od istoga grada, znamenita po mnoštvu nadasve ljupkih ljetnjikovaca.
[c] Morski zaljev Umble, u kojem iz duboke raspukline na obalu šiklja izvor gotovo veličine rijeke i miješa se s okolnim morem tako da je još na dugačkom potezu sačuvana slatkoća vode.

Durum opus, ad vestros iuvenes perducere fontes;
Turba ferox illa est, impatiensque regi.
Malim ego Carpathiis cantum committere saxis,
Et responsuris carmina verticibus.
Malim Pieridas silvis tumulare repostis,
Inter, et Armenias concinuisse tygres.
Thracia florentemque umbram, et genus omne ferarum
Vidit ad Orpheae currere fila lyrae.
Vidit et Amphion, plectro dum ludit eburno,
Thebas auditis surgere carminibus.
At mihi qui faciles cantanti praebeat aures,
Inter tot pueros unus, et alter erit.
Quin etiam nugis fera turba intenta molestis
Garrit, et indigno perstrepit alloquio.
Adveniet tamen illa dies quae libera colla
Vindicet, inviso surripiatque iugo,
Et dabitur te, dulce caput, post longa videre
Tempora, et assuetas tangere posse manus.
Tecum sub patriae cantabimus arboris umbra,
Crescet et arbitrio nostra Camoena tuo.
Hanc mihi, Phoebe pater, post tot vigilata laborum
Taedia sollicitis cursibus adde diem.
Interea, exorata dabunt ubi flamina cursus,
Leniat invisas littera crebra moras.

Posao mučan mladiće do vaših je voditi vrela,
Gomila bijesna je to, ne da da upravljaš njom.
Više bih volio pjesme pjevati karpatskom stijenju,
Vrhovima što moj ipak će vratiti glas,
Više bih volio Muze pokapat u šumi dalekoj,
I to da pjevam sam armenskim tigrima čak.
Ćuti i cvjetna sjena, ćuti i zvjerad svih vrsta,
Orfejske lire kad zvuk zatitra strunama svim.
Ćuti to i Amfion bjelokošću trzajuć žice,
Teba ustaje sva slušajuć pjesama poj.
Ali mene dok pjevam spremno slušati tko će-
Među dječacima svim jedan il' dvojica su tek.
Štoviše, divlja rulja što bavi se tricama glupim
Brblja i govor prost njihov odjekuje svud.
Ipak dan će doći koji će donijet slobodu,
Omražen jaram taj s vrata će skinuti mog.
Bit će mi, ljubljena glavo, dano da vidim te nakon
Dugog vremena, tad ruke ti pružit ću moć.
S tobom ću pjevat u sjeni drveća svoje domaje,
Moja Kamena će rast, tvoj će je poticat sud.
Daj, Apolone oče, da nakon tolikih tegoba
Mrskih, zbog kojih bdjeh, brže mi svane taj dan.
Dotad, čim putovanje mu izmoljen ubrza vjetar,
Neka mnogi tvoj list čekanje lakša mi to.

Prevela Zrinka Blažević

II. ODE

AMB
/p. 42./

ODE I.

Positus erit hic in signum, cui contradicetur.
(Luc. 2: 34)

Simeonis vaticinium.

Heu quot cruentis bella minacia
Vomat sagittis! quot ferus impios
Regnator Umbrarum sub imis
Arma fremens Acherontis antris

Ciet tumultus! pupule, pupule,
Parentis ardor, dulce micantibus
Rides ocellis et tenello
Dulce tibi pudibundus ore

Amor renidet, purpura parvulos
Decora vultus pingit et aureas
Jactat sagittas vel furentis
Corda potens superare tigris.

Sed heu nefastum quod scelus impius
Detrectet orbis? quid furialibus
Lymphata non ausum relinquat
Mens stimulis Erebique saevis

Devota monstris? Te rabie petit
Tellus rebelli; te fera barbaro
Signum furori, te cruento
Constituet furibunda ferro.

Vides ut alto vertice Golgothae
Tumultuosis sidera vocibus
Impellat et clavos trabales
Et rigidam Solime sub auras

/p. 43./

Crucem frementi subvehat impete?
Vides Latini viribus Imperi
Ensesque crudelesque flammas
Perniciem gregis in supremam

Tui parari? sanguinis hauriet
Immane quantum Romulei solum
Fatale regni, cum paternus
Sanguineo fluet amne Tibris?

Theatra nostra caede madentia
Pascent Leones: densa cadavera
Raptata per campos cruenta
Inficient sanie novales.

Ast o, furentem pascis inanibus
Scelesta votis impietas sitim;
Stabit triumphatisque victrix
Jura dabit Phlegetonte fuso

Crux alma terris. Jam video genu
Reges recurvo; jam diademate
Duces verenti Caesaresque
Sacra Deo dare thura nato.

3 DAD: *umbrarum*; 4 NSK: *ferens*; 44 DAD: *deo*.

AMB

/p. 43./

Ode II.

Puer Jesus reges in antro venerabundos excipit. Herodis impietas.

Quid juvat solo, puer, o potentis
Arbiter mundi, latuisse in antro?
Quid juvat vili tenerum heu jacere
Corpus in herba?

/p. 44./

Non bene occulta patitur locari
Sede Majestas; bene nec supremum
Celat agrestes imitata cultus
Fascia numen.

Nescius condi micat inter umbras
Ignis; horrentes micat inter umbras
Luce majestas magis enitenti
Nescia condi.

En tibi campis stabulum colenti
Villicus cultor properat relictis
Sistit et dulci tibi dedicatum
Munus ab horto.

Fronte seu mihi placeat juvencus
Sive de caro grege poscis agnum;
Sentiunt numen tibi servientes
Bos et Asellus.

Quin et illustres nova stella primis
Exerit vultus Orientis oris,
Teque facunda puerum Tonantem
Luce fatetur.

Quam per horrentes nivibus geluque
Aspero calles sequitur suasque
Deserit gentes novus hospes, altas
Deserit urbes.

Fulget ignotis stabulum coronis
Seque miratur, tibi dum recurvo
Se genu sistunt et amica sacrant
Munera reges;

/p. 45./

Munera Eoo properata Gangis
Litore et sylvae lacrimas Sabaeae
Et fluescentes Arabum beato
Cortice myrrhas.

Solus, ah, saxis mage durus ipsis,
Solus Hyrcana trucior leaena
Saevit Herodes ferus et scelesto
Te petit ense.

Impudens, venas potes in Tonantis
Stringere heu ferrum teneras cruentum!
Impudens, dextram potes immerenti
Spargere caede?

Sed nimis diro scelere aestuantem
Risit et tuta puer e Syene
"I, cruentatum, scelerate," dixit,
"Nunc cape ferrum."

NSK: *Reges*; 6 DAD: *majestas*; 20 DAD *asellus*.

AMB

/p. 45./

Ode III.

Ad puerum Jesum, et Virginem Matrem pro Episcopi N.N. salute

Blande, qui castae, puer, in parentis
Accubans ulnis, teneras rosarum
Purpuras vincis placidoque lenis
Ore renides,

Corde si puro tibi dedicatas
Saepius laudes canimus levesque
Teximus cunas tibi vagienti
Mense Decembri,

/p. 46./

Arbiter mundi puer o precamur
Praesulis nostri satis affluentes
Augeas annos valeatque caro
Cum grege Pastor.

Faustitas illo dominante curru
Finibus nostris stabili vagetur,
Et Quies et Pax et amica pleno
Copia cornu.

Annuas, nam te facilem sereno
Dulcis in vultu, puer alme, risus
Spondet et vafrae puerilis aetas
Nescia fraudis.

Diva formosi genetrix puelli,
Quae sacro Phoeben pede noctilucam
Comprimis, cujus pudibunda lambunt
Sidera frontem,

Si virescentes, apis ut Matina,
Vere regresso populamur agros,
Ut tibi multo niteant decori
Flore capilli,

Illius firmum metuat rapaci
Atropos stamen resecare dextra,
Vivat o longum Pyliique regnet
Aemulus aevo.

Exulent morbi Rhodanumque durae
Quae lues urget famulata morti
Exulet nostris procul hinc ab oris
Praesule tanto.

/p. 47./

Annuas; nam te facilem puellis
Pendulae templis memores tabellae,
Spondet et carae genetricis almum a-
mabile nomen.

1 NSK: *Puer, Parentis*; 9 NSK: *Puer, Mundi*; 12 NSK: *Grege Pastor*, DAD *pastor*; 15 DAD: *quies*; 21 NSK: *Genetrix Puelli*; 37 NSK: *Puellis*; 39 NSK: *Genetricis*.

AMB

/p. 47./

ODE IV.

De Divo Alexio in patriam redeunte.

Heu quae furenti puppis ab aequoris
Jactatur unda? quem juvenem freto
Tumultuosus pellit Eurus?
Nosco genas niveumque frontis
Nosco decorem. Parcite, parcite
Undae tumentes, parcite fluctibus
Austerque brumalesque Cauri
Dulce caput lacerare saevis.

Audimur: altis detumet undique
Pontus procellis et Zephyrus levis
Penna tumescentes faventi
Mulcet aquas, Aquilonis iras
Longe retundens. Tuta per aequora,
Ridente caelo, currit et ostium
Portus Alexis patriique
Lene subit Tiberis per undas.

Sed heu minaci saevior aequore
Tumultuosis bella furentia
Parat procellis et paterna
Matris amor viduaeque sponsae

/p. 48./

Expectat aula. Quot lacrymas gena
Madente cernes! quot gemitus graves
Questusque crudelesque luctus
Corde bibes metuente frangi!

Virtus sed armis cedere nescia
Guttae cadentis te incolumem dabit,
Jam clara victrici perenne
Astra parant diadema fronti.

6: AMB: *undę*; 21 NSK: *lacrymas*.

Transkripcija i kritički aparat: Gorana Stepanić

III. OSTALE PJESME

Puer Iesus in templo oblatus

Carmen.

Pande fores Superum, longos jam clausa per annos
Aetherei domus alta poli; sat prima Parentis
Crimina, sat laesi iustas deflevimus iras
Numinis. Optatae demum data copia pacis
Et primo haud impar sceleri jam vagit ad aras
Victima. Tu Genetrix (neque enim tentare recessus
Aonios, Cyrrhamque juvat), tua munera quando
Et Natum ante aras fata ad crudelia Patri
Permissum canimus. Tu numine, Diva, secundo
Plectra move et cytharam melioribus imbue lymphis.
Forte Palestinas, ubi frontem attollit in auras
Templum ingens augustum et sacro aeterna recessu
Flamma Arabum dona et fruges depascitur Indas,
Adstabat Simeon, Superum cui noscere fata
Posse datum et rebus mentem immiscere futuris.
Tum secum primaevae agitans damna ardua culpae
Astra fatigabat votis promissaque terris
Gaudia, nequidquam senio impellente, tueri
Optabat natumque annis praevertere Numen,
Qualis ubi campos premit Erigoneïus ardor
Umbrarumque comae et moribunda rosaria pallent,
Finditur in rimas tellus imbresque morantes
Sollicitat votis et duro supplicat axi.
Cum subito ante oculos magnum et mirabile monstrum,
Visus apex Templi longo discedere tractu
Luminibusque iter ad sedem omnipotentis Olimpi
Aeternasque aperire domos. Hinc Aliger axe
Delapsus medio paribus sese intulit alis,
Tum sic affari et dictis mulcere paventem:
"Vota movent Superos, nec inexorabile Numen
Pectus habet: quod longa imo suspiria corde
Et madidae optavere genae, desiste precando,
Accipies; dabitur Natum adspexisse Tonantem
Amplexuque animum atque oculos explere tuendo.
Jam castae in gremio Matris Bethleïa liquit
Antra Infans; jam sacro aderit nova victima Templo
Ultricem offensi dextram exarmare Tonantis
Morte sua et fatis se devovere futuris.
Namque, eheu! Solyma in magna quantum ille cruoris
Poenarumque dabit! quantos miseranda labores
Prolis ad aspectum et crudelia funera Mater
Perferet et quanto saturabit vulnera fletus!
Tu tamen eventus tantos atque impia saevae
Instrumenta necis, caelum jubet, ordine pande
Cuncta suo et maestas jam nunc cane Matris ad aures.
Ipsa libens mandata obeat natumque Parenti
Offerat in poenas: uno cadat hostia coepto
Et Puer et Genetricis amor." Sic fatus et omnes
Ante oculos mediis casus exponit in auris,
Qualis scaena solet variarum inducere rerum
Monstra alia ex aliis; pleno plebs laeta Theatro
Insidet artificisque stupet miracula dextrae.
Interea Genetrix Bethlaeo enixa sub antro
Infantem egregium celsa ad delubra ferebat
Aeterno oblatura Patri et lustralia secum
Dona aris gemina, patrio de more columbas.
Proh! Superi, quae forma oculis, quae gratia, quantus
Virgineo pudor egregius colludit in ore!
Illam incedentem Sol ipse atque aureus axis

Et superi obstupuere ignes; tecta omnia frontem
Visa movere suam et venienti occurrere Templa.
Ut primum introgressa, aris sese obtulit altis
Muneraque et pudibunda preces admovit amicas;
Extemplo insuetum senior praecordia circum
Exarsisse ignes atque imis errare medullis
Sensit et attonito similis trepidantia pandens
Bracchia per turbas vultu clamabat anhelo:
"Expectata venis tuaque optatissima terris
Immensum superavit iter Pietas patrioque
Subsidium miseris jussit descendere Coelo.
Ast heu! quanta moves pavidae praesagia menti,
Parve Puer, Genetrixque! Animo fata, horrida fata,
Et multo Solymam fluitantem in sanguine cerno:
Nam quid ego insanum aggrediar memorare furorem
Regis Idumaei, et pollutas sanguine cunas,
Lustratamque fuga Memphim, et Mareotica regna?
Ecce dolum, saevosque parat Solyma improba funes
Nocturnasque acies, formidandasque catervas
Heu quali Ductore movet! Jam verbera sacro
Incumbunt tergo et longe atria pulsa resultant.
Quantus io! attonitas fremitus circumsonat aures
Clamantum! quanto strepit undique Golgotha plausu
Attollentum altas inhonora ad funera querens!
Tu tamen o ne cede malis, Natumque petenti
Adde, Patris ...

NSK: *Templo*, DAD: *Templo*; 2 NSK: *Poli*; 26 NSK: *Olympi*; 41 DAD: *adspectum*; 46 NSK: *Natumque*; DAD: *Natumque*; 57 DAD: *superi*; NSK: *Desunt multa.*

Simeon in Pueri amplexu vita fungitur

Phaleucium.

Ut Natum cupidis senex lacertis
Amplexus gremio tremente pressit;
Effusis oculosque, debilesque
Spargens lacrimulis sinus, tenello
Affixit sinui, genisque mille
Vultu basia mille blandienti
Et rursus lacrimas gena madente
Rursus basia blandiente labro
Fundens, sic cupido est locutus ore:
"Avellor: vetulos perenne frigus
Artus aggreditur. Reperta vita
Aeterna est mihi jam, vale caduca."

DAD: *loquutus*

Stella regio itineri Ducem se praebet. Ad Cynosuram.

Adonium.

Ursa nivalis,
Lucida coeli
Flamma, tumentes
Per maris undas
Ducere quassas
Sueta carinas,
Dum furibundus
Perstrepit Auster
Et ferus urget
Aequor Orion;
I, licet, alta
Conde nitentes
Thetyde vultus,
Teque sequenti
Distrahe plaustru.
En novus ardet
Aethere ductor,
En nova signant
Sidera cursus.
En agitatis
Stella carinis
Splendidiore
Monstrat amicos
Lumine portus.
Cernis, ut antri
Rupe sub ima
Pupulus infans
Dulce renidens
Matris in ulnis
Dulce micantes
Volvat ocellos?
Tutior illo
Tegmine, nostro
Portus amori
Panditur. Illic
Laeta feroces
Cymbula fluctus
Spernet, hiantes
Laeta procellas.

2 NSK: *Coeli*; 8 DAD: *auster.*

Obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham. Mat. c. 2.

Anacreonticum.

Ut supplici sacratas
Rex obtulit tenello
Gazas manu Tonanti,
Aurumque guttulasque
Thuris leves Sabaei,
Tener abnuit puellus.
Tum lacrimas amarae
Vultu manus sereno
Stringit tenella myrrhae:
Hanc ad sinus reducit,
Hanc osculis labello
Fovet usque blandienti;
Gustatque respicitque,
Iterumque blandienti
Hanc imprimit labello.
Videt hoc parens, genisque
In lacrimas solutis,

"Puer, ah! puer, parentis
Jucunda spes amorque,
Quid heu! quid," inquit, "alto
Fixum sinu retractas
Vulnus? relinque gazam
Nimis heu feram, doloris
Memoremque luctuosi.
Dabit haec, dabit nefastam
Ori dapem cruento,
Cum Golgotha sub alta
Te Carnifex scelestis
Trahet impius catenis.
Nunc, si placent labellis
Guttae tuis amarae,
Has sume decidentes,
Viden', dolente vultu,
Has, o puelle, guttas."
Dixit, sinusque dulces
Largo rigavit imbre.

3 DAD: *tonanti*; 16 NSK: *vidit... Parens*; 18 NSK: *Puer, Parentis*; 34 NSK: *Puelle*; 35 NSK: *simulque*.

Marinus cancer Christi Domini effigiem ex undis ereptam ad littus defert.

Anacreonticum.

Novi quid hoc stupentes
It aequoris per undas
Monstri? Quod ungue cancer
Prope littus aestuosa
Pondus reponit alga?
Pendet rigente fixum
Trabe numen, et cruentos
Alludit unda vultus.
Haec jam ergo dona reddis
Quod ante margaritas,
Gemmasque, conchulasque,
Aequor, dabas nitentes?
Si saepius cruentum
Portabis, unda, numen,
Gemmasque, conchulasque,
Spernam libens nitentes.

4 AMB: *litus*; 7 NSK: *Numen*; 14 NSK: *Numen*

Transkripcija i kritički aparat: Gorana Stepanić

IV. EPIGRAMI

1. Virgo Parens Divinum Infantem in Templo offert

Sistit dum Puerum Genitrix ad Templa Tonantem
Vagit et ante sacros victima tanta focos;
Coelituum stupuere chori, miratque munus
Divinum tales ora dedere sonos:
Aemulo jam Coelo Tellus fit; munere tanto
Ipsum etenim Coelum quid dare majus habet?

1. Majka djevica izlaže Dječaka Boga u hramu

Majka kad djevica hramu dovede sina božanskog,
Svetim oltarima dan, žrtvovan ispusti jauk;
Mnoštvo se na nebu čudilo, s divljenjem gledalo kakav
Od Boga predan je dar, stoga progovore tad:
Zemlja već postaje takmac nebesima, od toga veći
Kakav postoji dar od neba što nam je dan?

3 - AMB, DAD - Caelituum; 5 - DAD - Aemula; AMB, DAD - Caelo; 6 - AMB, DAD - Caelum

2. Simeon accepto in ulnas Deo Puero moritur

Votorum pretium, longosque optata per annos
Gaudia languentis dum capit ulna Senis;
Quantus io! amplexu suspiria fundit amico,
Lassat et in teneras oscula quanta genas!
Optatosque premens morituro lumine vultus,
Pertaesus miseram funere poscit humum;
Forsitan optasset vitam; sed dulce putavit
Esse magis, viso Numine, posse mori.

6 - AMB, DAD - funera

2. Šimun, primivši u naručje Boga Dječaka, umire

Ruka kad klonula starca dugo željenu radost
Primi od Bóga na dâr, poklon za zavjet baš svoj,
Jao, koliko uzdaha pušta u naručje drago,
Cjelova kolik broj spušta na obraz taj mek!
Milo mu lice umoran dotiče okom što gasne,
Traži za ukop si svoj komad tek zemljice lak.
Možda je mogao tražiti život, no smatraše slađim
Moći umrijeti tad, kada je dobio Znak.

3. Sydus Verbi Infantis index

Proh stupor! aeterni Verbum immortale Parentis
Mutum sub paleis, et sine voce jacet.
Clamat io genus omne hominum, genus omne ferarum
Perstrepat aura levis, perstrepat unda maris.
Et nemorum latebrae, et celsi penetralia Coeli
Lucida tam magni nuncia prodigii.
Verbum etenim solo mutum dum conditur antro,
Luce nova fas est astra vel ipsa loqui.

3 - AMB, DAD - clamet; 5 - AMB, DAD - caeli

3. Zvijezda - znamen Riječi Djeteta

Gledaj čudesa! Besmrtna riječ je vječnoga oca
Nijema pod slamom sad, leži i ne pušta glas.
Rod neka kliče sav ljudski, čitav životinjski svijet,
Vjetar nek zahuči lak, morski nek zatutnji val.
Uz to i gajevi, šume, te visoka modra nebesa,
Glasnici svijetli su to, silnoga znamena znak.
Riječ dok nijema leži još skrita u samotnoj spilji,
Svjetlost uz novu nek zvijezde nam govori lik.

4. Vidimus stellam ejus Matth. 2.2.
Posphore cede Polo, melior jam Stella Serenos
Exeruit vultus, posphore cede polo.
Aut celer Hesperio sydus demerge profundo,
Aut potes Eoas rursus adire plagas.
Inspicis? Occiduis Sol nascitur alter in oris,
Et nova luce venit splendidiore dies.
Dum niteat tam pulchra dies, vel nocte sub ipsa
Qui tua sollicitet lumina nullus erit.

4. Vidjesmo njegovu zvijezdu
Ostavi, Danice, svod, već bolja je od tebe Zvijezda
Podala licima sjaj, ostavi, Danice, svod.
Kao okretna zvijezda u zapadne zađi dubine,
Ili se vrati ti, istočni nađi svoj sprud.
Razmišljaš? Drugo se sunce rađa na zapadnom žalu,
Dolazi novi sad dan, jači je svjetlosti sjaj.
Nitko se brinuti neće ni tvoje gledati svjetlo,
Čak ni kada je noć, onaj dok postoji dan.

1 - AMB, DAD - phosphore; 2 - AMB, DAD - phosphore; 7 - DAD - pulcra

5. Et stetit supra ubi erat Jesus. Ibidem.
Ut stetit aethereas pendens nova stella per auras,
Numinis optatos ut stetit ante Lares,
Ad superas conversa plagas: vaga Sydera Coelo
Currite, et astriferas pergite rite vias;
Si tantum peperit fortunatissima Solem,
Haec Coelum Tellus, haec mihi dixit, erit.

5. I zaustavi se povrh mjesta gdje bijaše Isus
Otkad se nova visoko na nebu pojavila zvijezda,
Stala pred božji je dom, žudnjom što prožima sve.
Stremeći prema visinama: jurnite besciljne zvijezde,
Nebom i žurno svud svoj sjajni pronađite put.
Bude li blažena djevica rodila Sunce i Zemlja
Nebom će postati sva, - takva je njezina riječ.

AMB, DAD - erat; 3 - AMB, DAD - caelo; 6 - AMB, DAD - caelum

6. Ecce Magi ex Oriente venerunt. Ibid.
Vix bene, Sydereo micuit novus ardor in axe,
Explicuitque suas lucida Stella faces,
Aurorae sedes, Nabathaeaque regna relinquunt,
Et veniunt celeres ex Oriente Magi.
Res nova! turbatis solitus dare lumina terris
Olim Oriens, aliam nunc petit ipse diem.

6. Gle, mudraci se s Istoka pojaviše
Tek što nova je svjetlost obasjala zvjezdano nebo
Zvijezda dala je sjaj, pustila svoju je luč.
Kraljevstvo Nabateje napuštaju, sjedište zore,
S Istoka dolaze sad kraljevi, brzaju već.
Novost! Obično Istok nekoć je davao svjetlost
Nemirnim zemljama, sam novi sad zahtijeva dan.

7. Et procidentes adoraverunt eum. Ibid.
Laurigeros stupeat Mavortia Roma triumphos,
Actaque per medias celsa trophaea vias;
Aut Marium niveo Capitolia scandere curru,
Dum fremit invisas ante Iugurtha rotas;
Aut vincla invito mordentem Persea dente
Ire triumphales Consulis ante pedes.
Ad tua tergeminos plus est vestigia Reges,
Blande puer, famulo procubuisse genu.
Non bene sanguineis emitur reverentia telis;
Quae venit in paleis gloria vera venit.

4 - AMB, DAD - Iugurta

7. Padnu ničice i poklone mu se
Pobjedi lovoronosnoj, uzvišenom trofeju,
Nošenom uokol svud, Martov nek čudi se Rim;
Ili kad Marije ide na Kapitol kolima bijelim,
Čuje Jugurtin se jauk, mrzak mu kotač je taj.
Ili kad Perzej hoda ispred konzula slavnog
Okov baš osjeća tvrd, nerado grize ga zub.
Ipak, više je od tog kad kraljevi ponizno kleče
Ničice pred tobom tu, umilni dječače moj.
Poštovanje ne možeš kupiti krvavim mačem,
Istinska slava je ta, slama kad pokriva nju.

8. Deipara omnis expers maculae vulgari se subjicit lustrationi
Candidior vernis rident quae lilia campis,
Purior hiberna quae cadit axe nive,
Templa tamen casto quaerit lustralia gressu
Parthenis, et tantas accipit ara preces.
Quae majora putas? laesi sine labe pudoris
Matrem vulgares non habuisse notas;
Vel cum sydereos superaret casta nitores
Lustrandos sacris supposuisse sinus.

naslov - DAD - subiicit; 7 -DAD - quid

8. Bogorodica bez ikakva grijeha sebe podvrgava uobičajenom očišćenju
Makar bjelja no proljetna polja što ljiljanom cvatu,
Čišća no zimski nam snijeg s neba kad zapadne on,
Blažena djevica ipak s molitvom dođe k oltaru,
Korak njezin je čist kojim je zašla u hrâm.
Što je od ovoga veće: to što bezgrešna majka
Nije imala znak - biljeg za oskvrnut stid;
Ili što očišćenju preda vlastita njedra,
Premda prečista sva nadvisi zvjezdani sjaj.

9. Virgo Parens legi, qua non tenebatur, obtemperatura Templum subit

Pande fores Superi Domus optatissima Coeli,
Jam longo clausas tempore pande fores;
Prima Parens vetita decerpit ab arbore pomum
Adversata alto Numinis imperio:
Altera nunc Genitrix Natum oblatura tonanti
Templa subit celeri non sibi jussa gradu.
Ut multum abstulerit primaevae crimine culpae,
Illa parens caelo, plus tamen ipsa dedit.

naslov - DAD - optemperatura; 1 - AMB, DAD - caeli

9. Djevica majka ulazi u hram s namjerom da se pokori zakonu kojega se nije morala držati

Vrata otvori sad daj, o dome žuđeni neba,
Predugo zatvoren bi, vrata otvori sad daj;
Prva je majka usprkos zabrani jabuku brala,
Premda joj previšnji Bog izrijekom zabrani to.
Druga sad majka, noseći sina da prikaže Bogu,
Ulazi voljno u hrâm, koračaj njezin je brz.
Iako velik je prva nebu zadala zločin,
Prvotni bješe to grijeh, druga još više mu dâ.

10. D. Xaverius decem annis Indias universas ad Christi fidem reducit

Hic ubi celsa pio consurgunt Templa Tonanti
Araque sacratum plurima munus habet,
Dona per incertas ardebant impia flammas,
Et Delubra pio non adeunda pede:
Hic ubi divinum facilis sonat India nomen,
Audierat laudes turpis Amida suas.
Qua fugit e vasto Mahomas Oriente fugatus
Splendebat nullo lumine vera Fides.
Confer opus, messesque decem; facere ipsa putabis
Aut unam, aut hominis non potuisse manum.

10. Sveti Ksaverski u deset godina privodi čitavu Indiju Isusovoj vjeri

Ondje gdje niču sad visoki hramovi blaženom Bogu,
Gdje je oltara niz, služba gdje sveta mu bi,
Ondje su bezbožni darovi gorjeli nevjernim plamom,
Nije smio u hram kročiti pobožan svât.
Ondje gdje imenom Božjim odzvanja Indija plodna,
Pohvale sramotne ču sebi Amida u čast.
S istoka širokog išao kud je u bijegu Muhamed
Nigdje ne zasvijetli plam istinske vjere na tren.
Deset poredi žetvi s djelom velebnim ovim:
Misao jedina jest: čovjek to nije već Bog!

11. D. Xaverius amissam a marino Cancro Crucem recipit

Terge genas, miseris quid sydera questibus urges,
Humentes lacrymis, Xaveri, terge genas.
En revehit famulo lymphis mirantibus ungue
Ad tua quaesitas littora Cancer opes.
Et jactura juvat. Si sic redit, utile damnum
Numinis effigies ut raperetur erat.

1- DAD - quaestibus; 2 - AMB, DAD - lacrimis; 3 - DAD - limphis

11. Sveti Ksaverski prima od morskog raka izgubljeno raspelo

Obraze obriši ti, od suza, Ksaverski, vlažne,
Oči uništava plač, obraze obriši ti.
Evo kroz čudesno čistu vodu kliještima ropskim
Blago željeno rak donosi tebi na žal.
Drag je tako gubitak izgubljenog raspela:
Šteta je korisna ta, tako kad vraća ga rak.

12. D. Alexius a Beatae Virginis Effigie laudatus Edessa fugit

Marmorea sacrae patefactus imagine Matris,
Nulla mora est, laudes effugis ipse tuas.
Perque procellosas ventis crepitantibus undas
Irato tradis vela ferenda mari?
Siste ratem, portus repetat tua cymba relictos;
Crede mihi, celeri nil agis ipse fuga.
Namque ubicumque fugax versaberis haec tua virtus,
In laudes vertet saxa vel ipsa tuas.

12. Pošto ga je pohvalio Djevičin kip, sveti Aleksij bježi iz Edese

Djevičin mramorni kip razotkrio kada je tebe
Odmah ti pobježe sam, hvale da ne slušaš glas.
Zar ćeš doista predati lađu pobješnjelu moru,
Ondje gdje olujni val diže uz silan se šum?
Lađu zaustavi, napuštenim se lukama vrati!
Vjeruj mi, ništa ti brz ne može pomoći bijeg.
Gdjegod se nađeš u bijegu ova tvoja vrlina
Stijene okrenut će čak pohvalom tebi u čâst.

13. Divus Alexius in Patria domo non cognitus

Flet Natum Genitrix raptum flet sponsa Maritum,
Nec caret haec Nato, nec caret illa viro;
Luget amans Genitor, Prolemque requirit ademptam
Dum tamen in Patria clauditur ipsa Domo.
Quae nox tanta premit miseras caligine mentes!
I nunc et renuas dicere: caecus amor.

13. Sveti Aleksij neprepoznat u očinskom domu

Plače majka za otetim sinom, zaručnica za mužem,
Premda postoji sin, jednako kao i muž;
Žali premili otac tražeći oteta sina,
Sinu u isti taj mah zatvor je očinski dom.
Kakva je tmina koja zastire umove jadne!
Morat ćeš priznati sad: slijepa je ljubavi moć.

14. Ad Longinum Lancea Christi latus fodientem
Perfodis heu! rigido pendentia pectora ferro,
Et lacerat sacrum perfida dextra latus,
Cum subito depressa gravi tua lumina nocte
Optatam referunt, qua caruere, diem.
Ah potius nunc claude oculos, Longine, furentes,
Ne rigidum dextrae cernere possis opus.
Vel si forte juvat, geminum cape lumen, ut inde
Expiet infandum lacrima missa nefas.

DAD - bez naslova; 5 - AMB, DAD - furentis

14. Longinu, koji je probo kopljem Kristove slabine
Probadaš jao, raspete grudi oružjem čvrstim,
Nevjernom desnicom ti razdireš sveti mu bok.
Očima tvojim koje duboka je zastrla tama
Brzo se željeni dan vratio, oduzet vid.
Mahnite oči, Longine, sklopi radije sada
Zato da ne vidiš sam okrutne desnice čin.
Ako pomaže možda, oslijepi oba si oka,
Tim se potakni na plač, užasan očisti grijeh.

15. In idem argumentum
Languet amans Numen, rigido cum perfida ferro
Mortua transfigit pectora caeca manus.
Illa etenim, nisi tunc oculo caruisset utroque,
Perficere heu! saevum non potuisset opus.

DAD - bez naslova

15. Na istu temu
Bog je klonuo mili kada oružjem kletim
slijepa, nevjerna pest probola na smrt je grud.
Tada da nije ona bez oba ostala oka,
ne bi dovršiti, oh, mogla taj okrutan čin.

16. Ad Jesum Christum e Cruce pendentem
Quo nitor, et rosei pulcherrima gratia vultus,
Quo charis e roseis fugit amica genis?
Aurati squallent per saucia tempora crines,
Horridaque effuso sanguine barba riget.
Pallent extincti morituro lumine ocelli,
Vincere sidereas qui potuere faces.
[Hoc igitur nostrae peperit tibi cura salutis?
Hoc potuit sacro in pectore noster amor?]
Sed si noster amor tanti tibi causa doloris,
Hoc mage pulcher eris, quo mage turpis eris.

DAD - bez naslova; 7 i 8. - nema u NSK

16. Isusu Kristu razapetom na križu
Kuda pobježe sjaj i ljupkost svježega lica,
Kud li se dade u bijeg milost što krasi mu lik?
Zlatna kosa slijepljena pada po krvavu čelu,
Brada mu grozna je sva, lijepi je skorena krv.
Već mu zamire vid i blijede ugasle oči
Nekoć su imale moć nadići zvjezdani sjaj.
Zar ti pribavi ovo briga za naše spasenje?
Dotle je u srcu tvom dovela ljubav spram nas?
Ako je uzrok tolike boli u ljubavi za nas,
Bit ćeš još više lijep što ti je ružniji lik.

17. In summa Annonae caritate Balneoregiii Illustrissimus Praesul ingenti erogata pecunia publicae calamitati occurrit
Terrifico malesuada Fames quatit arva flagello,
Invida nec solitas terra ministrat opes.
Illius officium clementia Praesulis implet,
Ipsaque, quod populis subtrahit illa, dedit.
Dumque suas largitur opes, et pabula donat,
Pastorem et verum se probat esse Patrem.
Pulsa Fames nostris aeternum cedet ab oris;
Jam bene munificas jam timet illa manus.

17. Kad je u Bagnorei zavladala strašna nestašica žita, uzvišeni je biskup pritekao upomoć razdijelivši golemu svotu novca narodu u nesreći
Očekivanu žetvu na poljima ne daje zemlja,
Udara strahotni bič, pustoši zlokobna glad
Zemljinu dužnost obavlja biskup blagošću svojom,
Pribavlja narodu sam što mu je uzelo tlo.
Dijeleći svoje bogatstvo i na dar dajući hranu
Istinski dao je znak: pastir i otac je on.
S naših obala odlazi glad odagnana vječno,
Velikodušne nju ruke je postalo strah.

18. In laudem urbis N.N.
Quod tua praeteriti siluerunt nomina Vates,
Et numerat dotes pagina rara tuas,
Non fuit adversae gravis haec injuria famae,
Ne dubita, nihil hinc unde queraris habes.
Vulgares peritura petant encomia muri,
Et magnum levibus nomen ab historiis.
Cum superes alias, Urbs felicissima, terras,
Fama, mihi credas, te cupit ipsa loqui.

DAD - bez naslova;

18. U pohvalu grada N.N.
To što tvoje su ime prešutjeli pjesnici drevni,
Tvoje što rijedak tek zasluge spominje list,
Nepravdi ovoj nije uzrok nesklonost slave,
Sumnju odagnaj tu, žališ se pogrešno baš.
Tražite, gradovi prosti, za svoje zidine hvale,
Nestalan njima je vijek, povijest je nestalna sva.
Ti nadvisuješ, grade presretni, ostale zemlje:
Slava želi da sam o sebi kažeš nam riječ.

19. De sancto Martyre N.N.
Dum staret rigida religatus in arbore Martyr,
Lassaretque feras plena pharetra manus,
Ad circumfusas converso lumine turmas
Impavido tales edidit ore sonos:
Eja agite, immissis corpus laniate sagittis,
Et feriant cupidos barbara tela sinus.
Si tamen ulla fides, huic tantum parcite cordi,
Divini locus hic vulnus amoris habet.

DAD - bez naslova

19. O svetom mučeniku N.N.
Dok je na drvu čvrstu mučenik visio svezan,
Teret dok okrutnim bi rukama tobolac pun,
Pogled svrne na čete oko sebe rasute svuda,
Pa im progovori tad hrabru, bez bojazni riječ:
Napetim strijelama, hajde, rastrgajte mi tijelo,
barbarskog oružja mjed neka mi razdere grud!
Ako imate ikakve vjere, poštedite srce:
Krije u rani se toj ljubav božanska i moć.

20. De sancta Virgine N.N. a flammis non laesa
Urite virgineum furibunda incendia pectus,
En ruit in medios sponte cremanda focos.
Fallor? an amissis languescunt viribus ignes,
Perdidit et robur territa flamma suum?
Fallor? an a nullo virgo violabilis igne
Paestanas inter se putat esse rosas?
Scilicet ad tantos generosae virginis ausus
Credibile est, ipsas obstupuisse faces.

DAD - bez naslova; 5 - AMB, DAD - igni

20. O svetoj djevici N.N. netaknutoj plamenom
Mahniti plameni, spalite grudi djevice ove,
Svojom baš voljom, gle, srlja u oganj i dim.
Varam se? Slabi li vatra svoju izgubivši snagu,
Gubi li uplašen plam svoju nekadašnju moć?
Varam se? Smatra li da je sred ruža ona iz Festa
-Djevica kojoj taj plam ne može nanijeti zla.
Smionost djevice ove plemenite velika bješe,
Nad njom se sama čak zublje zapanjila luč.

21. Moyses aquam e silice educens
Arebat longo Isacidum Gens torrida ab aestu,
Nec Terra optatas nec dabat axis aquas;
Virga Paretonio toties trepidata Canopo,
Et nimium rubro cognita Virga Mari,
Vix tetigit rigidae durissima marmora rupis,
Protinus illimi prosilit unda pede.
Quis stupor est, dulci rupem fluxisse liquore?
Mirarer jussas si renuisset aquas;
Paruerint toties tantis cum flumina jussis
Fluctibus et famulis aequor, et ipse Polus.

DAD - bez naslova

21. Mojsije dobiva vodu iz kamena
Narod je Izakov žedan, jer dugo već traju vrućine:
Niti mu nebo ni tlo ne daju željenu kap.
Štap koji bezbroj puta je plašio afrički Kanop,
Štap što predobro zna mora već Crvenog žal,
Tek što dotakne stijene čvrste najtvrđi mramor,
Odmah potekne kap, osta neokaljan trag.
Kakvo je čudo što slatka je voda tekla iz stijene?
Da je kazala ne, čudio ja bih se tom,
Kad su toliko puta naredbu slušale rijeke,
More, te pokorni val, uz njih i nebeski svod.

22. Ad Cecilianum crinibus nimis studentem
Quid miseros torques ferro candente capillos,
Et vexas proprias, Ceciliane, comas?
Si tibi formosos crines Natura negavit,
Crinibus est vultus turpior iste tuis.
Ergo age, tolle faces, flammis vel desine crines
Urere, vel turpes aptius ure genas.

DAD - bez naslova

22. Cecilijanu koji se odviše brine za svoju kosu
Čemu vlastitu kosu mučiš kovrčalom vrućim
Jadan baš mrcvariš pram, Cecilijane, ti, svoj?
Priroda uskrati tebi lijepu, dražesnu kosu:
Ružniji negoli vlas, jedino obraz je tvoj.
Prestani paliti kosu plamenom toplim i ognjem:
Spaliti preružni lik postupak bolji je još.

23. Ad Rullum Potorem
Rulle, bibis vini quantum vindemia pleno
Non premit autumno; tu tamen usque sitis;
Quantum lassati nocte adventante Coloni
Vix biberent centum; tu tamen usque sitis;
Quantum nec cellae, quantum nec dolia lato
Plena sinu capiunt; tu tamen usque sitis;
Cum nequeant tot vina sitim tibi poto levare,
Unda, mihi credas, una levare potest.

DAD - bez naslova

23. Pijancu Rulu
Više no berba u jesen, Rule, donosi vina
Možeš popiti ti, jednako muči te žeđ;
Više no popije sto od rada trudnih seljaka,
Dok im nadolazi noć, jednako muči te žeđ;
Više no bačve može obujmiti široki prostor,
Čak i čitava klijet, jednako muči te žeđ.
Kad ti žeđ ublažiti ne može vino toliko,
Vjeruj mi, voda je ta koja ublažava nju.

24. Ad Discipulum calamo in Schola pingentem
Dum pandit veterum Praeceptor carmina Vatum
Discimus et culto cum Cicerone loqui,
Negligis illustres facundae Palladis artes,
Pingitur et calamo pagina multa tuo.
Nunc tibi clamosis natat improba pluma sub undis,
Nunc asinum laxis perficis auriculis.
Si placet, excelsa tibi cantat in arbore cornix,
Si placet, in charta sordida pallet anus.
Omnia cum pingas mirari desine tandem,
Iulle, manus virgam tingere saepe tuas.

DAD - bez naslova; 10 - DAD - pingere

24. Učeniku koji perom crta u školi
Učitelj tumači pjesme pjesnika dobrih i drevnih,
Ciceronovu riječ - govor poučava fin.
Ne mariš puno za rječitost, sjajna umijeća Palade,
Potezom pera tvog iscrtan mnogi je list.
Neposlušno čas perce pliva po valima šumnim,
Časkom dovršavaš ti mage dugouhog lik.
Ako poželiš, gavran na visokom drvetu pjeva,
Ako poželiš, za čas staričin obraz je blijed.
Crtanjem dok se baviš, prestani čudit se, Jule,
Često što šiba će tvoj plavim obojati dlan.

25. De Equo Gaji Caligolae Imperatoris creato Consule
Collegam quod Consul equum sibi Gaius addit,
Quis stupeat? socium gaudet habere parem.

DAD - bez naslova

25. O konju cara Gaja Kaligule koji je izabran za konzula
Čudiš se konzulu Gaju što uzme za sudruga konja.
Njemu veselje je baš podjednak da mu je drug.

26. In idem argumentum
Consulis ad stabulum fasces properate Latini,
Et capiat Dominum sella curulis equum,
Et trabeata novo cernatur bellua fastu
Per fora, per medias dicere jura vias.
Quid, Romane, doles? Gajo sub Principe quidquid
Terra ferat monstri, jam tolerare queat.

DAD - bez naslova; 6 - AMB, DAD - potest

26. Na istu temu
Brzo, Latini, donesite faske pred konzulsku štalu,
Neka Gospodin nam Konj kurulski zauzme tron.
Neka se vidi kako u odori ohola zvjerka
Dijeli ulici red, iznosi pravdu na trg.
Nemojte, Rimljani, kukati: mora se podnijeti lako
Svako čudovište baš koje nam odredi car.

27. Ad Zoilum continuo, sed male canentem
Quidquid agis longo, commisces, Zoile, cantu,
Fundis et ingratos nocte dieque sonos;
Dulcius ignava Sileni vector in umbra
Cantat, et in mediis Rana coaxat aquis;
Dulcius aestivae rumpunt arbusta cicadae,
Horrendumque canit Noctua dira melos.
Orphea te tamen ipse putas superare, Linumque,
Credis et ad cantus saxa movenda tuos.
Crede quidem, nam ni mi obtundere desinis aures,
Et ligna, et lapides in tua terga ruent.

DAD - bez naslova

27. Zoilu koji neprestano, ali loše pjeva
Zoile, štogod radiš, popraćuješ dugačkom pjesmom,
Neljubak njezin zvuk odzvanja noć svu i dan.
Silenov magarac slađe pjeva dokon u sjeni,
Slađi je žabin glas dok barom širi se svud.
Slađe je cvrčanje cvrčka dok probija raslinje ljeti,
Slađi je zlokobni ćuk, strašni kad čuješ mu pjev.
Ipak se, Zoile, smatraš od Lina i Orfeja boljim,
Vjeruješ čak da i hrid pokreće ljupki ti glas.
Ako ne prestaneš ipak bukom mi glušiti uši,
Drvlje i kamenje sve srušit ću tebi na vrât.

28. De N.N.
Depulit ut sinui tela intentata Paterno,
Territaque est dirae cuspis iniqua manus,
Servati amplectens Natus pia colla Parentis,
Dixit ad aeternos talia verba Deos:
Nil queror, o Superi, mutulatae incommoda linguae,
Et toties ori verba negata meo.
Si tantis fuerant redimenda silentia linguis,
Dulce fuit nimium non potuisse loqui.

DAD - bez naslova; 7 - AMB, DAD - verbis

28. O N.N.
Pošto odmakne oružje strašno s očevih grudi,
Pošto zadrži nož, opasan zatomi bijes,
Primi u zagrljaj nježno od smrti spašena oca
I progovori riječ besmrtnim bozima sin:
Ne žalim ništa, bozi, gubitak jezika svoga
Niti što jednom je još otet mi govora dar.
Ako je trebala tako vraćena biti tišina,
Ugodno bilo je već nemati govora moć.

Transkripcija, kritički aparat i prijevod: Tamara Tvrtković

Kratice:
AMB - Arhiv Male braće u Dubrovniku
DAD - Državni arhiv u Dubrovniku
NSK - Nacionalna i sveučilišna knjižnica u Zagrebu